



**Disputationvm De Censuris In Communi,
Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

2 An sit priuatus collatione beneficii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

omnino equalis ratio. Quod vero dicitur illam legem esse equaliter vfu receptam in verique actibus cum ad factum spectat, improbari efficaciter non potest, sicut neque probari, & mihi de tali vfu non constat, verisimile tamen est, cum lex illa in actibus cuiuslibet ordinis fauorabilis sit fidelibus, acceptata pro omnibus esse, & amplificatam potius quam limitatam. Quanquam quia raro accidit, vt publicus notorius excommunicatus permittatur exercere publicum officium, & iurisdictionem Ecclesiasticam fori contentiosi, quin à superioribus coerceatur, vel publice denuncietur, ideo etiam raro venit in vsum, & proximè casus hic, de quo disputamus, scilicet, quod ab huiusmodi excommunicato actus validi huius iurisdictionis exerceantur: quod non sufficit vt dicamus, Extrauagantem illam quo ad hanc partem esse derogatam.

³³ Solum oportet aduertere, quod saepe dictum est, illam Extrauagantem nullum fauorem concessisse excommunicatis, sed aliis fidelibus. Ex quo in primis sequitur, hos excommunicatos non posse licite exercere hoc actus, præsertim quando alii fideles non sunt in necessitate constituti, vel ius suum non exigunt: sicut in similibus dictum est in superioribus: est enim quoad hoc in præfenti eadem ratio.

Deinde sequitur, quanquam ipsi excommunicati velint exercere hos actus, & alii fideles possint illis vti, vel eos acceptare, si sibi sint commodi, non tamen posse ad hoc cogi, aut obligari: quia licet aliis fidelibus concessum sit, vt possint, cum his excommunicatis communicare, non tamen hoc est illis præceptum, neque prohibitum vt eos vident, sed possunt id facere si velint: quia hoc est privilegium illis concessum in eorum fauorem ac proinde liberum eis est, illo vti, vel non vti. Quo fit, vt si huiusmodi excommunicatus displicet, vel absoluat, aut simile opus gratie conferat, acceptari possit tanquam validum, & utile; si vero aliquid præcipiat, nõ teneatur fideles illi obedire: quia non tenentur cum illo communicare. Et pari ratione si aliquem excommunicet, non tenebit excommunicatio, vel quia nõ supponit contumaciam, eo quod respectu excommunicati nemo sit contumax, cum nemo ei obedire teneatur vel certe quia ipsa excommunicatio debet procedere ex virtute directiua, & coactiua, quam non habet publicus excommunicatus ex vi Extrauagantis, *Ad cuiusmodi*, vt dictum est. Et similiter si quis vocetur, seu citetur ad iudicium coram huiusmodi excommunicato publico non denunciato, non potest ad comparandum cogi propter eandem rationem, quanquam si actor, & reus voluntarie consentiat, possint coram illo agere in iudicio, & ipse possit validam proferre sententiam, non tantum per modum arbitri, sed etiam per modum ordinarii iudicis, si seclusa excommunicatione munus hoc illi ex officio competat.

³⁶ Sed quæri ulterius potest, si aliquis sit nominatim excommunicatus, ac proinde iure publicus, de facto vero sit occultus, quia ab aliis vel omnibus, vel saltem pluribus, & publice ignoratur, an valida sint acta ab eo. Accidere autem hoc potest vel in diuerso loco, vt si in vno denunciatus sit, in alio vero pro non excommunicato publice habeatur; vel etiam in eodem loco pro diuerso tempore, vt si iam denunciatio memoria excidit, vel iam publice creditur absolutus, cum reuera non sit. Respondetur etiam in eo casu, acta huiusmodi excommunicati valitura, eumque quoad hunc effectum censeri occultum, non tam ex iure nouo, quam ex antiquo: quod in nulla re per nouum restrictum est, sed amplificationem tantum. Itaque iuxta antiquum ius excommunicatus publicus in vno loco, si in alio esset occultus, & ibi publico officio fungeretur, validas actiones efficeret iuxta communem Canonistarum sententiam, quam refert, & sequitur Panormitanus

& ibi eius Additio in cap. *Ad nostram*, 3. de Iurisdictione, num. 6. & in cap. *Sic sit*, de Rescript. num. 23. argumeto dictæ legis, *Barbarus*, & rationis eius, quæ cogit, vt hoc intelligamus de occulto respectu, id est, ibi, & eo tempore, quo gerit officium publicum: tunc urget necessitas, vel utilitas publica, & notitia, quæ in alio loco habetur, impertinens est ad ea, quæ in alio loco geruntur. Quod ergo dicitur iuxta antiquum ius de quolibet excommunicato publico in vno loco, nunc etiam procedit de percussore Clerici notorio in vno loco, & occulto in alio: nam quoad hunc ius antiquum integrum manet, nihilque immutatum est: Et eadem ratione idem procedit in excommunicato denunciato in vno loco, & occulto in alio: quia in illa Extrauagante æquiparantur nominatim excommunicatus, & manifestus percussor Clerici; & consequenter etiam æquiparatur excommunicatus nominatim cum quolibet publico excommunicato iuxta ius antiquum. Item quia ante illam Extrauagantem excommunicatus publicus in vno loco, licet ibi denunciatus esset, si in alio esset occultus, in illo procederet doctrina data, quæ generalis est: ergo à fortiori idem nunc est dicendum.

¹⁷ Obiicit: ergo pari ratione dicere nunc possumus, denunciatus in vno loco, si alibi existat vbi denunciatus non est, non esse ibi vitandum, etiam si alio modo ibi sit publica eius excommunicatio; & consequenter acta ibi ab illo valida esse. Patet sequela, quia, vt diximus, publicus excommunicatus respectu accipiendus est, id est, ibi vbi publicus est; ergo eodem modo sumendus est nominatim excommunicatus, scilicet ibi, vbi denunciatus est. Respondetur negando sequelam; quia non est necesse, vt denunciatio vbique, seu in singulis locis, ac prouinciis fiat: sed sicut excommunicatus alicubi, vbique excommunicatus est; ita denunciatus alicubi per se, & ex vi denuntiationis vbique denunciatus est; solum requiritur, vt per publicam famam censura, & denunciatio ad alia loca perueniunt.

Ultimo possunt fere omnia dicta extendi cum proportionem ad reliqua munia, seu personas, quæ in iudicio interuenire solent ad illud promouendum, vt sunt actor, procurator, testis, & similes. Veritatem, quia de his personis iura indifferenter loquitur in quocunque iudicio Ecclesiastico, vel seculari ideo quæ ad eas pertinent, attinguntur commodius disputatione sequenti.

SECTIO II.

Verum excommunicatus beneficiorum collatione, & omnibus actibus, qui illam concernant, priuatus sit.

Prinipalis, ac generalis regula in hoc puncto est, excommunicatum neque licite, neque valide posse beneficium Ecclesiasticum conferre. Hæc est certa, & communis sententia, quæ præcipue probatur ex cap. *Vnico*, *Ne sede vacante*, in 6. vbi sermo est de Episcopo, vel Capitulo suspensio à beneficiorum collatione: hæc tamen in excommunicatione includitur, vt ibidem satis declaratur, dum additur idem esse, *Si omnes de Capitulo maioris excommunicationis vinculo inmodari contingat*: nam quia Capitulum vt sic excommunicari non potest, sicut potest suspendi; ideo dicitur quoad nunc effectum idem operari excommunicationem quæ quodammodo redundat in totum, quod suspensionem eius, propter suspensionem singularem personarum in excommunicatione inclusam. Ad idem citatur textus in cap. *Tanta*, de excessibus. Prælat. vbi de interdicto, & violatore eius sermo est. Item

Item facit cap. *Quia diuersitatem*, de Concess. prebende, ubi de suspensione sermo est. Ratio autem propria huius regulæ est prohibitio, seu institutio Ecclesiæ, quæ totam hanc penam, & priuationem voluit excommunicato imponere. Deriuatur autem ex regula posita præcedente sectione, quia hæc beneficiorum collatio ad potestatem iurisdictionis pertinet. constat enim non esse actum potestatis ordinis, & esse alicuius potestatis, est ergo potestatis iurisdictionis: quod etiam docuit Glossa in cap. *Transmissam*, de Elect. ostendimus autem, excommunicatum esse priuatum vsu iurisdictionis: ergo & collatione beneficij. Potest etiam ex alio principio id colligi: nam ostendimus, excommunicatum priuatum esse fructibus beneficij: at vero inter fructus beneficij, v. g. Episcopatus, beneficiorum collatio numeratur, vt notauit Glossa in cap. *Cum olim*, de Maior. & obed. ergo, &c.

Atque hæc rationes probant etiam, huiusmodi collationem beneficij ab excommunicato factam nullam esse, vt in prædictis iuribus indicatur. Et ex eisdem principiis colligitur, quia actus iurisdictionis ab excommunicato factus nullus est, & quia excommunicatus non facit fructus suos. Atque ita sentiunt communiter Doctores, vt videre licet in Abbate, & alijs in cap. *Postulasti*, de Clerico excommunicato. Couarruias in cap. *Alma*, part. 1. §. 7. num. 9. Quapropter sic prouisus de beneficio, intrusus potius appellari solet, iuxta stilum Curie. Sumitur, quæ ex dicto c. *Tanta*, de Excessib. Prælator. in verbo illo, *Intrusus*. Tenebitur ergo huiusmodi intrusus in conscientia tale beneficium relinquere absque alia condemnatione: quia nec potest iuste retinere rem non suam, nec illius fructus percipere; & aliunde iniuriam etiam facit Ecclesiæ, beneficium retinens sine vero titulo. Quod si alius in eodem beneficio prouisus sit ab eo, ad quem potestas conferendi illud deuoluta fuerit, illi etiam faciet iniuriā, eum a consecutione, vel possessione beneficij impediendo; tenebiturque proinde illi restituere expensas, vel alia quæcunque damna, quorum causa fuerit, per se loquendo, & seclusa probabili ignorantia vel alia simili accidentali excusatione.

Ad maiorem autem huius regulæ expositionem, sicut in alijs fecimus, declarandi essent tres termini: de quo videlicet excommunicato sit sermo, & de quo beneficium Ecclesiasticum, & quid nomine collationis comprehendatur. Sed de primo iam satis in superioribus est dictum: nam eadem expositio ibi data, hic applicanda est: simpliciter enim sermo est de excommunicato; & ideo quilibet comprehenditur quacunque causa, & quocunque iure, vel sententia excommunicatus sit, dummodo valide, & non sola hominum existimatione excommunicatus sit. Solum necesse est, vt excommunicatio sit publica: nam occulta non impedit actus publicos, etiam secundum ius antiquum, saltem quoad alios, aut ne validi sint, quantum impediatur quoad ipsum excommunicatum, ne licite illos faciat. Quod etiam in collatione beneficiorum procedere notauit Couarruias supra, & probat iura, & rationes adductæ. Quapropter iuxta ius nouum Extravagantis, *Ad eundem*, collatio beneficij facta à quolibet excommunicato non denunciato nominatim, etiam si alias sit publicus, excepto Clerici percussore, valida erit, non infauorem conferentis, sed eius, cui confertur: hunc enim dicta Extravagans intendit.

Hic vero non immerito dubitabit aliquis, an peccet huiusmodi excommunicatus, tale beneficium conferendo: nam si peccat, alius etiam peccabit suscipiendo, & multo magis inducendo illum: quod repugnat fauori, quem Ecclesia illi concedit. Et ideo censetur, si excommunicatus id faciat ad petitionem alterius, & solum in fauorem eius in eo actu non peccare, sicut in similibus dictum est in superioribus,

A quia alioqui illa concessio vel frustra esset, vel scandalum potius, & occasionem peccandi daret, quam pericula tolleret: quod est contra finem illius legis, Denique addendum hic est, non solum ipsum excommunicatum, sed etiam qui eius vicem gerit, & ab eo in iurisdictionis vsu pendet, non posse beneficium conferre; quando ipse principalis excommunicatus est, vt Vicarius Episcopi excommunicati, vel delegatus, existente excommunicato delegante: quia censentur quasi vna persona, seu vna iurisdicção, quæ ad instrumentum non descendit, si suspensa est in causa principali, iuxta superius notata ex cap. de officio Vicarij. in 6.

Quod vero spectat ad secundum de Ecclesiastico beneficio, nihil etiam occurrit hic notari dignum: nam comprehenditur omne id, quod hac voce proprie significatur, scilicet, ius quodlibet perpetuum ad percipiendos temporales fructus Ecclesiasticos; quod sine canonica institutione legitime non obtinetur, vt dicitur in cap. 1. de Regul. iur. in 6. Ac proinde semper datur aliquo spiritali titulo, ad munusque aliquod spirituale exercendum: nam beneficium omne propter officium datur. Omnia ergo beneficia, siue simplicia sint, siue curam animarum habentia, & siue maiora sint, siue minora: denique omnia, quæ supra diximus, excommunicato conferri non posse, ab excommunicato non possunt conferri. Neque hic habet locum quæstio de pensionibus; tum quia constat, pensionem proprie sumptam non esse beneficium Ecclesiasticum (non enim agimus de præstimonio, illud enim vere ac proprie Ecclesiasticum beneficium est, & sub dicta regula comprehenditur) tum etiam quia pensionem solus Pontifex Summus proprie constituere, ac conferre potest: ipse autem excommunicatus esse non potest, ideo in propria collatione pensionis non habet locum hæc quæstio. Quid autem de illa dicendum sit, quatenus ex consensu, aut præsentatione inferioris pendet, dicam in sequentibus. Item de dignitate Summi Pontificis dicam in sequenti puncto: nam hic non habet locum quæstio circa illam, vt ibi explicabo.

An electio ab excommunicato facta sit nulla.

Circa tertium punctum, quamuis constet, collationem beneficij in rigore sumptam esse actiōnem illam, quæ ius, seu dominium in beneficium ipsum transfertur; nihilominus proposita regulæ latius extendenda est: multa enim comprehendit, quæ non sunt proprie beneficij collatio, tamen ad illam proxime ordinantur, & quasi per analogiam illam participant; ideoque iuxta dispositionem iuris sub eadem regula comprehenduntur. Primum igitur electio facta ab excommunicato irrita est, quanquam talis electio non sit semper ipsius beneficij collatio, vt per se notum est. Probatur autem hoc ex cap. *Cum iur*, 1. de Elect. ubi sermo est de electione facta à suspensis, & cassanda dicitur, id est, E cassanda declaranda, vt ibi Glossa exponit. Idem habetur in cap. *Cum dilectus*, de Consuetud. & in cap. *Constitutum*, 1. de Appell. ubi de excommunicato, & de nominatione ab eo facta sermo est. Et ita in hac sententia conveniunt Glossæ, & Doctores in citatis locis, Innocentius, Abbas, & alij in cap. 2. de Postulatione Prælator. & plures refert Couarruias cap. *Alma*, part. 1. §. 7. num. 9. Syluester verbo *Electio*, numer. 5. Ratio vero est, quia excommunicatus suspensus est omnino ab officio, & beneficio: & ideo nihil eorum agere valet, quæ ratione officij, aut beneficij illi conueniunt; quorum vnum est electio. Item quia electio inter actus iurisdictionis computatur, quatenus est actus cuiusdam publicæ potestatis, & ad commune bonum, & regimen suo modo ordinatur, ergo sicut alij actus iurisdictionis

*Gerens vbi
excommunicatus
communicat. i
non potest
beneficium
conferre.*

*Quia beneficij
collatio
potius sit
excommunicati
caus.*

Revoluitur.

*Glossa.
Innocentius.
Abbas.
Syluester.*

nis, ita & electio ab excommunicato facta irrita est. Quo fit, vt si electio ab vno tantum faciendū sit, & ille sit excommunicatus vel à multis, seu Capitulo, cuius singulae personae omnes excommunicatae sunt, electionem esse irritam; quia omnia, & singula suffragia inualida sunt. Id quod etiam à simili sumitur ex cap. vnic. Ne Sede vacante, in 6.

Nonnulla vero difficultas est, quid dicendum sit, quando electio faciendū est à pluribus, seu Capitulo, & quidam eorum excommunicati sunt; alij verò habiles, qui per se sufficerent ad electionem faciendam. Et hinc sumitur ratio dubitandi: nam vnus, vel alterius excommunicatio solum potest ipsius actum, seu suffragium irritare, non vero aliorum: cur enim vnus culpa, vel poena alijs nocere debet? Sed aliorum suffragia sufficere possunt ad ratam electionem faciendam: ergo rata erit non obstante quorundam excommunicatione. Et confirmatur: nam quando aliqui electores inhabiles propter alias causas distinctas à censura, admittuntur cum habilibus ad eligendum, electio non propterea irrita censetur, vt colligitur ex cap. Cum vintoniensis, de Elect. & ex vsu in prouisione non tantum beneficiorum, sed etiam aliorum officiorum aut cathedrarum, &c. ergo idem erit in censuris. In contrarium autem videtur facere textus in cap. Ad probandum, de Re iudicata: vbi sententia à pluribus iudicibus lata, ex quibus vnus excommunicatus erat, irrita declaratur: ergo idem dicendum est de electione ob rationem proportionalem. Idem confirmat cap. Super abbatia, de officio Delegat. vbi factum à duobus pro infecto habetur, eo quod alter eorum potestate carebat: ergo ita dicendum est in proposito.

Circa hoc multa dicunt Iuristae, sed omisis opinionibus, distinguendum est de electione: nam interdum ita potest fieri à multis, vt omnium consensus, & conformitas ad valorem electionis requiratur: ita vt valor eius & ab omnibus, & à singulis pendeat. Aliquando vero requirit electio certum numerum suffragiorum, ita vt cum paucioribus subsistere non possit; saepe vero non requirit determinatum numerum eligentium, sed maiorem partem, vel (si canonica sit electio) duas partes suffragiorum in quocunque numero illi sint. Praeterea aliquando sit electio publicis suffragijs, ita vt ceteris electoribus constet, pro quibus singuli suffragium ferant; saepius vero suffragia sunt secreta, quanquam postea constet, quis numerus suffragiorum vniciue eligendorum obtulerit. Quod etiam aliquando sub secreto teneri praecipitur ijs, qui suffragia computant, interdum vero in publicum profertur. Denique aliquando excommunicatus admitti potest, ad suffragium ferendum cum non excommunicatis, ipsis inuitis, scilicet, vel per ignorantiam probabilem, vel per violentiam sufficientem ad causandum morale inuoluntarium.

Primo igitur quando requiritur certus numerus eligentium, & ille completur per suffragium excommunicati, clarum est, inualidam esse electionem, quia eius valor pendet à singulis necessariis numerum complementibus: ergo oportet, omnes, & singulos esse habiles: alias perinde est ac si à paucioribus fiat, quam requirantur. Atque hic videtur esse casus dicti cap. Ad probandum, nam ibi potestas delegata erat duobus non in solidum, sed coniunctim: & ideo talis numerus delegatorum in statu habili necessarius erat ad valorem actionis, ac proinde vnus excommunicatio sufficiens fuit ad irritandam actionem. Et similem fuisse videtur in dicto cap. Super abbatia.

Atque hinc fieri videtur, vt si ad valorem electionis necessarius sit omnium suffragiorum consensus, non possit esse valida, si vel vnus eligentium excommunicatus sit. Patet, quia si vnus dissentiret,

electio esset nulla: ergo eadem ratione, si vnus suffragium inualidum est, erit electio nulla. Verum tamen si quis recte attendat, hoc non procedit, nisi simul cum consensione suffragiorum certus numerus eorum requiratur: nam si non sit numerus definitus sed solum requiratur concordia eorum, qui ad electionem conuenerint, siue plures, siue pauciores esse contingat: tunc si de facto omnes in vno eligendo conueniant, non est cur electio sit irrita, & si vnus electorum excommunicatus sit: quia inde solum fit, vt veri, & habiles electores numero pauciores sint: non tamen vt non sint concordēs. Et ideo sicut si vnus abesset, nihilominus electio esset valida; ita etiam si vnus sit excommunicatus, non est cur ex hoc preciso capite sit inualida, nisi alio speciali iure irritetur, quod postea videbimus. Secus vero esset, si vnus eligentium ab alijs dissentiret; tunc enim aliter de electione secreta, aliter de publica censendum erit: nam si sit publice, constare poterit, an ille, qui dissentit, sit idem, qui excommunicatus est, vel alius. Et si sit alius, erit quidem electio nulla, non sane propter excommunicati concursum, sed propter defectum requisitae conditionis ex parte habiliū eligentium, scilicet, consensionis omnium. Si vero qui dissentit, est idem, qui excommunicatus est, non obert excommunicatio, sed proderit potius, vt valida sit: nam cum ille reuera non sit verus elector, quod dissentiat, nihil ad valorem electionis refert: quod tamen secus fuisset, si ille excommunicatus non esset. At vero, si talis electio secreto facta fuisset, necessario fuisset inualida propter incertitudinem, an is, qui dissentit, fuerit ex veris electoribus, necne: & moraliter presumitur ex illis esse, quia plures sunt.

In electionibus vero, quae nec ce-
eligitium, nec omnium consensu
sed solum maiorem, aut duas partes
in primis considerandum est, an excessus suffragiorum ex parte electi tantus sit, vt quamuis eis adiungantur, qui excommunicati sunt, & tanquam inhabiles repellantur, adhuc super sit sufficiens numerus ad electionem complendam, vel è contrario contingat. Nam quando res accedit priori modo, videtur electio esse valida, non obstante excommunicatorum interuentu; quando quidem licet eorum suffragia nulla sint, quae super sunt, ad eligendum sufficientiunt: nam si illi excommunicati abfuissent, ceteris eodem modo suffragantibus, electio fuisset valida, vt in casu supponimus: ergo quamuis ipsi adfuerint, cum ad valorem electionis nihil conferant, nec necessarij sunt, non possunt, per se, & ex natura rei loquendo, inualidam electionem reddere, siue illa publice, siue secreto fiat, dummodo satis constet, tantum fuisse excessum suffragiorum, vt excommunicatorum auxilium, seu concursum non requiratur. Atque hoc confirmant rationes dubitandi in principio posita. Imo addo vltius, in hoc dandum esse fidem testimonio eorum, ad quos ex officio pertinet vota supplicare, etiam si iuxta ritum in tali electione praescriptum, declarare non debeant suffragiorum numerum; sed solum quis fuerit electus: nam illi sunt tanquam Iudices in ea causa constituti: & ideo si ipsi declarauerint, secluso excommunicato, vel excommunicatis tanquam non electoribus, adhuc superesse sufficientem numerum, vt talis electus sit, talis electio valida erit, non minus quam si in absentia excommunicatorum cum eadem declaratione facta fuisset.

At vero quando excessus, seu numerus suffragiorum tantus non est, sed talis, vt ablato vno, vel altero (iuxta numerum excommunicatorum) reliqui ad electionem faciendam non sufficiant, tunc subdistingnuendum est de electione publica, & secreta: nam si est publica, in illa aperte constabit, an excommunicati fauerint electo, vel non; nam si pro eo suf-

Si non valida electio à Capitulo facta, cuius aliqua persona excommunicata sunt.

Notanda pro dubijs resolutione.

Si ad electionem certus eligentium numerus requiritur existente aliquo excommunicato electio est nulla. Cap. Ad probandum, de Re iudicata.

Si omnium consensu requiritur,

ex presentia
vnius excom-
municati
non fit ele-
ctio nulla,
nisi sit certus
numerus
definitus.

Quid sit, si vnus dis-
sentiat.

Quid dicitur de electionibus, quae non ce-
ntur numeri
rum suffra-
giorum, sed
maiorum
partem re-
quirunt.

Id
impugnari
non potest.

eo suffragia tulerunt, manifestum est, electionem fuisse nullam ex defectu sufficientis numeri suffragiorum habiliū: si vero non dederunt, electio erit valida, quando quidem sine illis est sufficientis numerus, & procedunt aliæ rationes factæ. Si autem electio secreta sit, inualida est necessario indicanda, propter incertitudinem sufficientis numeri eligentium habiliū, iuxta dicta in priori puncto. Solum aduertere oportet, in eo casu necessarium numerum suffragiorum computandum esse, seclusis excommunicatis, solumque habito respectu ad eligentes habiles; vt v. g. si viginti ad eligendum conuenerunt, & vnus, vel duo fuerunt excommunicati, numerus sufficiens, vt electio facta censetur, à maiori parte erit denarius: quia secluso excommunicato, vel excommunicatis, illa est maior pars suffragiorum habiliū: & sic de aliis, proportionē seruata. Atque hanc doctrinam attigit breuiter Richard. in 4. dist. 18. art. 7. quæst. 1. ad 3. quæ & nititur ratione naturali, præsupposita excommunicatione: & esse potest generalis ad omnes electiones, in quibus aliqui electores inhabiles interueniunt.

Notabil.
An electio, qui excommunicatus ad electionem voluntarie admittitur, validus sit.

Quæritur, an Canonici priuati possint.

Deinde, Abb. Fundamentum huius opinionis.

Impugnatio.

At vero nonnulli Canonistæ quandam limitationem insinuant, dum distinctionē supra datam videntur; scilicet, quod vel electores nō excommunicati sciunt alios esse excommunicatos, & voluntarie eos admittunt, vel illi ignorant, & bona fide procedunt: si sciunt, inuiti eos admittere coguntur ad simul eligendum. Quando ignorantia, aut vis intercedit, absolute docent, electionem esse validam, id est (ita enim interpretor) propter consortium excommunicatorum præcisē in eo sistendo, non variari: nam vt omnibus consideratis simpliciter debeat electio valida censeri, applicandam censo doctrinam datam: quoniam circumstantiæ ibi declarate per se, & ex natura sua necessarię sunt ad valorem electionis. Quando autem excommunicati voluntarie ad suffragium admittuntur absolute, & sine distinctione, docent electionem esse inualidam, præcisē ex hoc defectu, quod sit cum voluntaria admissione excommunicatorum ad eligendum, etiam si aliqui concurrant sufficientia suffragia habilia. Ita tenet Innocentius in cap. illa, de Elect. num. 3. & Abbas num. 7. & in cap. final. de Procurat. num. 6. Fundantur, quia actus factus à multis, seu à communitate admittente aliquas personas inhabiles ad talem actum, inualidus est; quando inhabilitas est talis, vt non tollatur ex eo solum, quod alij cedant iure suo; sed talis est illa, quæ ex excommunicatione prouenit: ergo, Minor sumitur ex cap. Exceptionem, de Excep. & aliis similibus. Maior vero patet: nam in primis si inhabilitas est talis, vt respiciat tantum commodum, & ius aliorum electorum; clarum est, per eorum voluntariam remissionem tolli posse, & tunc id nihil obstat valori electionis: in quo casu videtur procedere Caput Cum vintoniensis, supra citatum. Quando autem impedimentum tolli non potest per consensum electorum, tunc habiles, qui secum voluntarie admittunt inhabiles ad eligendum, aut suum ius ignorant, aut eo uti nolunt: & ita nihil valide faciunt, quia sine voluntate nihil fit: quæ ratio videtur desumpta ex dict. c. Cum super Abbacia, de offic. Deleg. vt notauit Abbas citatis locis.

Sed difficilis sane est hæc ratio; nec video, cur ob solam admissionem voluntariam personæ inhabilis ad eligendum, amittant habiles potestatem eligendi, quam habent, vel ad eos deuoluta est, aut unde conuincantur non habere voluntatem vtendi illa potestate: si autem neutrum horum verum est, nihil est cur talis electio ex hoc solo consortio inhabiliū sit inualida, si cætera necessaria concurrant, iuxta doctrinam superius traditam. Explicatur hoc in præsentī materia: nam in primis est certum, si vnus ex electoribus, seu ex Capitulo excommunicatus sit, potestatem eligendi ad reliquos contrahi,

A dummodo sufficiens numerus eligentium ex speciali, vel generali ordinatione præscriptus super sit, vt sumitur ex capite vñico, Ne Sede vacante, in 6. Deinde huiusmodi electores licet voluntarie secum admittant excommunicatos ad eligendum, & in hoc fortasse peccent, non propterea priuantur iure, aut potestate eligendi: nam hæc est pœna quædam, quæ non incurritur, nisi per ius imponatur: nullum autem est ius, quod propter illud delictum talem pœnam ipso facto imponat. Item illud delictum non est nisi quædam communicatio cum excommunicato, propter quam sola excommunicatio minor incurritur: excommunicatio autem minor non priuat iure eligendi, c. Si celebras, de Clerico excomm. ministr. ergo, & c.

B Supposita vero hac potestate, quod non necessario excludatur voluntas vtendi illa, propter voluntatem admittendi excommunicatos ad eligendum; facile ex eo probatur, quod hæc duæ voluntates non sunt contrariæ, neque repugnantes: quia consortium excommunicatorum in eligendo per se consideratum non est defectus essentialis: hoc enim est, quod agimus: & si oppositum supponitur, principium petitur, & sine fundamento proceditur: ergo qui vult consortium excommunicati in eligendo, nihil vult contra substantiam electionis: ergo potest nihilominus velle efficaciter, & valide eligere quantum potest: non est ergo repugnantia in his voluntatibus. Cuius etiam signum est: quia ipsimet Doctores Canonistæ dicunt, si in eo facto electores moneant, & declarent se velle eligere, vel coniunctim, vel in solidum eo meliori modo, quo possunt tunc electionem esse validam, non obstantē admissione excommunicatorum: ergo manifeste supponunt, illas duas voluntates non esse per se repugnantes. Ex quo nouum sumitur argumentum: nam vnusquisque præsumitur, suam actionem efficere eo meliori modo, quo potest; & hoc velle, quamuis id nō exprimat: ergo in prædicto casu præsumuntur tales electores ita eligere: neque oppositum constat ex sola admissione excommunicatorum, & eadem ratione sine causa præsumitur, eos ignorare ius suum: quia possunt excommunicatum admittere ex timore, aut amore humano: quia credunt illud nihil nocere iuri suo, eo quod sciant suffragium excommunicati ad electionem nihil conferre. Addo etiam, quod licet ignorent ius suum, putantes se non posse eligere sine excommunicatis, illa ignorantia non obstat valori actus: quia illæ error priuatus, qui non excludit generalem voluntatem formalem, vel virtutalem faciendi quod vnusquisque potest, & meliori modo quo potest. Sicut in materia de Sacramentis dicunt Theologi, errorem priuatum ministri non excludere intentionem faciendi Sacramentum, prout potest, & debet.

E Igitur ex illa generali ratione, quod habiles voluntarie admittant inhabiles ad actionem aliquam, vel electionem secum agendam: non recte infertur, talem actionem, vel electionem esse nullam, si alia facta à solis habilibus cum eodem numero suffragiorum, & cæteris conditionibus valida esset. Solum videtur id habere locum, quando actus hoc ipso, quod à pluribus simul fit, & ex consensu vnanimi, talis est, vt à singulis illorum tantum fiat, vt à causa partiali; & essentialiter ab omnibus simul pendeat. Quo casu, hoc ipso quod vnus admittit alium ad consortium actus, non vult absq; illo quippiam operari: ac propterea si alter eorum inhabilis est ad operandum, sit consequens, vt tota actio nulla sit, & huiusmodi est casus in dicto cap. Cum super Abbacia: nam quando causa aliqua delegatur duobus, quamuis delegatio sit cum clausula, vt altero nolente, aut non valente delegationem exercere, alter solus procedere possit: si postea delegatio ad-

mitti-

Exponitur, caput, Curia super Abbacia, essendi- turgna re- xium illum non fauere fundamenta superioris opinionis.

mittitur ab utroque, & uterque admittit alterum vt condelegatum habilem, iam tunc neuter eorum est totalis iudex (vt sic dicam) nam si uterque non consentiat in singulis actibus, nihil fit. Propter hanc ergo causam respondet Pontifex in illo textu, processum factum à similibus Iudicibus fuisse nullum. At vero non est simile in electione, quia electio non requirit consensionem, vel concursum omnium eligentium habiliū, neque omnes electores per modum vnius causæ totalis conveniunt ad vnum quasi indivisibilem actum (qualis est vna sententia) efficiendum, sed unusquisque profert suum suffragium veluti quandam particularem sententiam, quæ proinde valida est, si proficiscatur à persona habili, etiam si simul admittantur inhabiles ad suffragia ferenda, quæ quidem in valida erunt, si tamen ab illis non pendeat electio: non apparet vlla ratio, propter quam illam irritent, vt ex superius dictis sufficienter probatum est.

Quapropter si est defendenda communis sententia Canonistarum, electionem factam cum voluntaria admissione excommunicatorum ad eligendum nullam esse, fundanda erit in aliquo speciali iure positivo, quod in odium excommunicationis, & quasi in vindictam iniuriæ, quæ per eum actum fit Ecclesiastica potestati, talem electionem irritam faciat. Non inuenio tamen canonem hoc expresse statuentem: sumi autem potest ex cap. vltimo de Procuratoribus, vbi Procurator electus, & constitutus ab Vniuersitate, in qua maiores quidam, & iurati excommunicati erant, repellendus à procuratore dicitur, si communitas sciens eos esse excommunicatos, illos ad talem Procuratorem constituendum admittit. Atque ita intellexit textum illum Innocentius ibi, scilicet in odium excommunicationis id statutum esse: Non est autem id statutum in eo particulari negotio propter specialem rationem, quæ in Procuratore constituendo consideretur, & quæ multo maior non sit in constituendo, vel eligendo Prelato, aut beneficio Ecclesiastico: ergo statutum id est solum ob voluntariam admissionem excommunicatorum ad eligendum: ergo omnis electio illo modo facta irrita est. Atque hanc sententiam explicatam, & fundatam in praxi seruandam censeo propter illum textum, & propter communem Canonistarum sententiam.

18
Prædictam
sententiam
solum in de-
nunciatō
excommuni-
catis pro-
cedere.

Quid de ex-
communi-
catis non vi-
tando.

Solum est addendum, quod sepe notatum est, hæc omnia nunc solum procedere in excommunicato nominatim, aut manifesto percussore Clerici: alij enim, quamuis teneantur ab eligendo abstinere; tamen electores non tenentur eos vitare: quare licet voluntarie eos admittant ad eligendum, non solum valida erit electio, sed etiam ipsi nihil in eo peccabunt, propter Extrauagantem, *Ad euitanda*. Tunc vero inquiri poterit, an suffragia eorum valida sint, & an illis obici possit talis excommunicationis exceptio. Respondeo breuiter, ante electionem factam talem exceptionem iure posse obici, vel ab alijs electoribus, qui excommunicatum nolunt admittere, vel ab aliquo eorum: qui eligi cupiunt: tum quia Extrauagans, *Ad euitanda*, nullum fauorem fecit excommunicato, vnde nullum ius ei contulit: tum etiam quia licet permiserit alijs communicationem cum illo, neminem tamen ad hoc obligauit: ergo quilibet potest eum repellere, neque ipse habet ius aliquod, quo se tueatur. Nihilominus tamen si nihil ei obiciatur, nec repellatur, existimo suffragium eius validum esse: quia, vt supra dicebam, se habet tunc sicut excommunicatus occultus, cuius acta valida sunt: quia licet quoad se sit priuatus iurisdictione, quamdiu tamen non repellitur, sed toleratur, Ecclesia supplet, seu confert ad talem actum iurisdictionem. Quapropter etiam si solus huiusmodi excommunicatus electionem faciat, ratione publici muneris valida erit, vt recte sentit Co-

uarruias supra cum alijs, quos refert.

Vltimo loco prætermittendum non est circa hoc punctum, singulare esse in electione Summi Pontificis, vt quæ amissæ ab excommunicatis fiat, valida sit, & ad illam collatio illius supremæ dignitatis, & potestatis infallibiliter consequatur. Illa enim dignitas talis est, vt non ab homine puro, sed ab ipso Christo immediate conferatur: & ideo dixi supra circa collationem illius dignitatis, nullam esse in hac materia quæstionem ex parte conferentis: legitima vero personæ designatio, quam Christus infallibiliter acceptat, vt dignitatem illi conferat, per homines fit, modo, & ritu ab Ecclesia instituto, vt ex materia de Fide suppono. Vnde accidere posset, vt illius dignitatis prouisio ex parte eligentium ab excommunicatis fiat: tamen propter pericula schismatis, & alia nocumenta, quæ sequi possent, si daretur locus exceptionibus, & dilationibus post illam electionem semel factam; ideo merito per eandem Ecclesiam prouisum est, vt nulla obstat possit eligentium censura, quominus valida sit electio in Clementina, *Ne Romani*, §. *Ceterum*, de Electione. Quod non solum verum est, si aliqui, verum etiam si omnes Cardinales excommunicati sint: nam in illo textu generaliter dicitur, nullum Cardinalium prætextu excommunicationis, vel censuræ posse ab electione illa repelli: ergo quicunque illorum habiles est ad valide eligendum quacunque censura ligatus sit: ergo etiam si omnes sint ligati, omnes sunt habiles: nam propter multiplicationem censuræ in alijs, nullus fit inhabilis: quia tunc etiam illa decisio suam vim retinet, vt nullus propter censuram repellatur. Quæ lex declarat aliam antiquiorem in cap. *Licet*, de Electione: vbi dicitur, electum à duobus partibus Cardinalium absque vlla exceptione esse legitimum Pontifice habendum: quod singulare est in illa electione: vt ibi Glossa notauit; vt scilicet nulla in ea exceptio admittatur, qualis esset, si allegari posset, electores fuisse excommunicatos.

Et hinc confirmatur quod supra diximus, etiam ex parte electi excommunicationem non impedire illius electionis valorem: quia nulla exceptio admittitur, ne deur occasio fraudibus, aut schismatibus: nam si ob hanc causam ex parte eligentium hoc impedimentum sublatum sit, multo magis ex parte electi: tum quia magis videbantur agere contra censuram eligentes, quam electus: tum maxime quia habilitas eligentium propter electum, & valorem electionis procuratur. Denique quia in dicto §. *Ceterum*, non dicitur, propter excommunicationem neminem ab eligendo repelli debere; sed *Nullus à dicta valeat electione repelli*: quæ verba generalia sunt, & non minus excludunt repellam ab electione passiuam, quam actiuam. Quapropter de neutra illarum dubitandum est. Atque hæc de electione.

Num præsentatio ab excommunicato facta, sit irrita.

Vltimum addendum est, excommunicatum non posse ad Ecclesiasticum beneficium præsentare alium. Quæ assertio certa est: quia excommunicato nulla communicatio licet, præsertim Ecclesiastica, vt constat ex eius definitione, & ex cap. penultimo de sententia excommunicationis: sed hæc præsentatio magna communicatio est, & quodammodo spiritualis, quia in materia spirituali versatur: ergo non licet. Atque de hoc nulla est controuersia. Est autem magna inter Doctores dissensio, an talis præsentatio valida sit, necne: id est, an institutio, seu collatio beneficii facta ab Episcopo non excommunicato illi Clerico, qui à Patrono excommunicato præsentatus est, valida sit, necne. Nam si

non

19
Electio Pontificis
efficitur ab eis
communicatis
electo facta,
est valida.

Clementina,
Ne Romani,
§. Ceterum, de
electione.

Ca. Licet, de
Elect.

19
Neque ex-
communicatio ex
parte electi
obstat.

Electio
instituta
negans

Cap. ult.
Elect.

non est valida, solum erit quia presentatio inualida fuit, cum ex parte Episcopi, vel presentati nullum fuerit impedimentum, vt supponimus: si autem institutio fuit valida, necessarium est, vt presentatio non valida, seu sufficientem supponat: agimus enim de beneficijs iuris patronatus, in quibus presentatio locum habet, & conferri non possunt, nisi supposita legitima Patroni presentatio.

¶ Snt ergo in hac re tres sententia. Prima generaliter affirmat, talem presentationem esse validam. Fundari potest, quia nullo iure talis presentatio irrita facta est: ex nullo enim textu id probatur, imo neque in specie inuenitur prohibitio huius actionis; sed solum quatenus continetur in illa generali de communicatione cum fidelibus, ex qua non irritantur omnes actiones, quæ illicitæ sunt, vt de matrimonio supra diximus, & de alijs contractibus infra dicemus: ergo idem est in presenti. Et potest hoc confirmari: nam quod talis presentatio valeat, non est fauor ipsius excommunicati, sed potius in fauorem eius cedere potest, quod non valeat: nam cum ius presentandi illi integrum maneat post absolutionem, poterit, si velit, eandem personam iterum presentare; vel certe, si iam displicet factum, poterit presentare aliam, quando quidem prior presentatio nulla fuisse supponitur, & per illam non fuit amissa potestas, iterum presentandi in statu habilitati illa facultas, & libertas ipsi excommunicato fauorabilis est: quod ergo talis presentatio valida sit, non cedit in fauorem excommunicati, sed presentati; & Ecclesiasticæ dignitati & potestati non obstat, quando quidem propria collatio beneficij ab Episcopo fit. Quin potius ad utilitatem, seu commodum ipsius beneficij, vel Ecclesiæ videtur hoc necessarium. Quod ita declaro: nam per excommunicationem non amittit Patronus ius presentandi, neque illud ad alium deuoluitur: si ergo Patronus excommunicatus valide presentatio non potest, quamdiu ille excommunicatus fuerit, non poterit tale beneficium conferri alicui; quia, vt dixi, tale beneficium sine legitima presentatione dari non potest, iuxta cap. *De iur. in ius*, 16. qu. 7. hoc autem est magnum incommodum Ecclesiæ, & ipsius beneficij: ergo oportet, vt talis presentatio valeat. In quo cernitur magna differentia inter collationem, & electionem ex vna parte, & presentationem ex alia: nam quia excommunicatus valide collationem, aut electionem facere non potest, ius conferendi, & eligendi statim deuoluitur ad alium, scilicet ad Superiorem, vel ad alios coelectores, iuxta cap. *vnici* *Ne Sede vacante*, in 6. ius autem presentandi non deuoluitur ad alium, propterea quod Patronus excommunicatus sit: signum ergo est, posse ipsum valide presentare, ne prouiso beneficij suspensio necessario futura sit.

¶ Secunda opinio absolute negat, talem presentationem esse validam. Hanc sequitur Couarruias citato loco, cum Lambertino de iure Patronat. 3. part. libro. 2. quæst. 3. art. 4. & insinuat Abbas in cap. *Nobis*, de iure Patronat. num. 3. & potest fundari in cap. *Pia mentis*, & cap. *Fraternitas*, 16. quæst. 7. quatenus in eis dicitur, ius patronatus solis Christianis, id est, Ecclesiæ membris concedi. Excommunicatus autem, licet Christianus sit, tamen pro illo statu præcisus est, & tanquam Ethnicus, & Publicanus habendus: ergo pro tunc non retinet ius Patroni, saltem quantum ad vsum, & exercitium presentandi valide. Denique quia in iure electio, & presentatio æquiparantur: nam & Patronus eligit quem præstat, & electores, quando ipsimet non conferunt beneficium, nihil aliud facere videntur, quam præstatere electum: ergo presentatio quo ad hoc æquiparatur electioni. Quod etiam colligi potest ex cap. *ultimo* iuncta Glossa de Electione, in 6. vbi quæ circa confirmationem electi statuuntur, de presentato

etiam intelligenda esse, Glossa exponit. Propter quod etiam supra diximus, presentationem excommunicati nullam esse, sicut & electionem. Ergo pariter ratione idem dicemus de presentatione, & electione ab excommunicato facta: sicut ergo electio nulla est, ita etiam presentatio: nam licet in alijs differant, vt notat Abbas in dicto capite *Nobis*, numero 4. scilicet, quod electio confert aliquid ius electo, quod non confert presentatio: & ideo electio procedit semper ab aliqua spiritali potestate: presentatio vero minime, sed est temporale quid: tamen, quantum ad præsens spectat, videntur eandem rationem participare, videlicet, quia vtraque ordinatur ad collationem Ecclesiasticæ beneficij, & est quasi inchoatio quædam illius: & ideo sicut collatio ab excommunicato facta est nulla, ita electio, & consequenter presentatio.

¶ Quod argumentum confirmari potest ex ratione textus in cap. *Si celebrat*, de Cleric. excommunicato ministr. vbi ligatus minori excommunicatione dicitur non posse eligi, quia priuatus est vsu sacramentorum, ad quem illa electio ordinatur. Ex quâ ratione colligunt Doctores, idem dicendum esse de presentatione, vt notat Rochus Curtius de iure patronatus verb. *Honorificum*, quæstione 4. numero 19. ergo pari modo in proposito presentatio, sicut electio, non valebit, quia ordinatur ad collationem, quæ ab excommunicato facta inualida est. Simile argumentum sumi potest ex cap. *Constitutio*, de Elect. vbi nominatio ab excommunicato facta nulla censetur: at presentatio nominatio quædam est. Tandem iuxta hanc sententiam consequenter dicetur, pro tunc ius presentandi deuolui ad Ecclesiæ, nam patronus ratione excommunicationis pro tunc illo priuatur tanquam incapax illius, quod aliquo modo spirituale est, & ideo ad ipsam Ecclesiæ deuoluitur, seu ad Prælatum eius. Quod amplius declaratur, nam cum patronus in omni sententia male faciat presentando, Episcopus iure potest eius presentationem repellere: imo omnino debet id facere, quia alias cum excommunicato communicaret: ergo hoc est sufficiens signum talem presentationem esse inualidam, atque adeo nullam: & consequenter posse Episcopum, si excommunicatus sit in mora legitime presentandi, prouidere libere beneficium, quasi vtendo iure presentandi ad se deuoluto, ne Ecclesiæ incommodum patiatur.

¶ Tertia sententia distinguit inter ius patronatus laicorum, & clericorum: dicitque presentationem factam à laico excommunicato validam esse, à clerico vero nullam. In hac posteriori parte conuenit hæc sententia cum præcedente: & ideo eadem habet fundamenta; quæ ex dicendis magis explicabuntur. Alteram vero partem, & hunc distinguendi modum docuit decisio Rotæ, vt Couarruias supra refert, vbi etiam affert ex Ludouico Gomezio in tractatu Expectatiuar. numero 60. in quadam causa Camorensi in praxi seruata esse: & esse communem opinionem testatur Rebuffus in cap. *Postulatus*, de Clerico excommunicato. ministr. numero 164. Et fundari potest in capitulo, *Cum autem*, de iure patronatus, vbi eodem modo distinguit Pontifex inter presentationem factam à laico, vel à clerico: & dicit priorem posse mutari ante institutionem, non vero posteriorem, significans priorem non conferre ius aliquod presentato: posteriorem autem conferre. Ex quo colligunt Innocentius, Abbas, & alij Doctores presentationem factam à clerico substantialiter non differre ab electione: quia confert ius, sicut prior: presentationem vero laici esse longe diuersam, ac merito, quia non potest laicus habere potestatem ad ius spirituale conferendum, ius autem ad Ecclesiasticum beneficium spirituale est.

Quæ

Abbas.

24
Cap. Si celebrat.
bras. de
Cler. excomm.
ministr.

23
Tertia sententia
distinguit
inter ius
patronatus
laicorum
& clericorum.

Posterior
pars
asserit
iuris
summi
decur.
præfere,
vbi etiam
affert
ex Ludouico
Gomezio
in tractatu
Expectatiuar.
numero 60.

in quadam
causa
Camorensi
in praxi
seruata
esse: & esse
communem
opinionem
testatur
Rebuffus
in cap. *Postulatus*,
de Clerico
excommunicato.
ministr. numero
164. Et fundari
potest in
capitulo, *Cum
autem*, de iure
patronatus,
vbi eodem
modo
distinguit
Pontifex
inter
presentationem
factam à laico,
vel à clerico:
& dicit
priorem
posse
mutari
ante
institutionem,
non vero
posteriorem,
significans
priorem
non conferre
ius aliquod
presentato:
posteriorem
autem
conferre. Ex
quo colligunt
Innocentius,
Abbas,
& alij
Doctores
presentationem
factam à
clerico
substantialiter
non differre
ab electione:
quia
confert
ius, sicut
prior:
presentationem
vero laici
esse longe
diuersam,
ac merito,
quia non
potest
laicus
habere
potestatem
ad ius
spirituale
conferendum,
ius autem
ad
Ecclesiasticum
beneficium
spirituale
est.

19
Secunda
sententia
negat.

Cap. ult. de
Elect.

Quæ quidem differentia, & textus ille optime mihi probant posteriorem partem huius sententiæ, nimirum præsentationem à clerico factam inualem esse: quia æquiuale electioni, & electio inualem est. Item adiungere possumus, quod in clerico ille actus est alicuius potestatis spiritualis; atque adeo alicuius iurisdictionis: ostendimus autem omnem actum iurisdictionis ab excommunicato factum inualem esse. Simile argumentum est, quod hoc ius præsentandi semper conuenit ratione alicuius Ecclesiastici beneficii, sed excommunicatus est suspensus, à beneficio; ac propterea non potest validè actum eius exercere. Agimus autem formaliter de clerico vt clericus est: nam si contingat clericum non ex beneficio, sed ex patrimonio suo habere ius præsentandi, talis præsentatio formaliter ac propriè laicorum est, etiam si materialiter à clerico fiat. Item agimus de singulari persona præsentante: nam licet collegium habere possit hoc ius præsentationis, tamen excommunicatum esse non potest: quia vero suspensum esse potest, & personæ eius possunt esse excommunicatæ, ideo in illo etiam procedit ratio, quatenus ius præsentandi aliquo spirituali titulo illi conuenit, cum Ecclesiasticum sit, vt sumitur ex dicto cap. Cum autem, de iure patronatus.

27
Suadet
prior
asser-
tionis partem.

Altera vero pars, quæ ad laicum pertinet, non videtur satis probari ex illo textu. Recte quidem inde habetur, illam specialem rationem nullitatis, quæ in præsentatione à clerico facta reperitur, in ea, quæ à laico fit, non inueniri: quod vero nulla alia sufficiens intercedat, inde non constat: nam aliæ rationes inter confirmandum secundam sententiam adductæ videntur suffientes, & suam vim retinere. Nihilominus tamen potest in hunc modum induci textus ille: nam, vt Philosophi aiunt, si affirmatio est causa adæquata effectus alicuius, negatio est causa negationis eiusdem effectus: causa autem adæquata, ob quam præsentatio facta à clerico excommunicato est nulla, ea est, quia scilicet habet vim electionis, & quia est vsus officij Ecclesiastici, vel (vt ita dicam) actus patrimonij spiritualis: præsentatio autem laici non habet hanc specialem rationem, sed est vsus quidam sui patrimonij temporalis; quod ipse administrare potest, & actus ad hoc necessarios saltem validè efficere, quamuis si aliquam communicationem includant, ob eam causam possunt non licere, sicut inferius de aliis contractibus, seu actionibus, quæ facti tantum esse dicuntur, ostendimus, & communiter traditur in cap. Si vera, de Sentent. excomm. & c. Veritas, de Dolo, & contumacia: ergo, &c.

28
Tertia opinio
quanti
ad posteri-
orem partem
admittitur.

Episcopus
potest ad-
mittere, vel
repudiare
præsentatio-
nem ab ex-
communicato
factam.

Inter has sententias hæc vltima, quantum ad illam partem de præsentatione iuris patronatus Ecclesiastici, mihi videtur certa, & contrariam, seu primam sententiam quoad hanc partem non esse probabilem: quia & fundamenta eius ex dictis facile soluta sunt, & auctorem non habent. Altera vero pars de præsentatione laicorum magis dubia mihi videtur præsertim propter vltimam rationem in secunda sententia adductam. Dicendum itaque in primis conseo talem præsentationem ita esse sufficiens, vt si Episcopus velit illam admittere, & præsentatum instituere, institutio & collatio valeat. Addo verò deinde præsentationem illam non esse ita efficacem (vt sic dicam) quin possit Episcopus illam repudiare, & non admittere, quantumvis persona præsentata digna sit, neque aliam habeat causam nisi quod præsentans excommunicatus est. Quod mihi efficaciter probat ratio vltima in secunda opinione facta. In qua, satis etiam cōsequenter dicitur, si talis patronus sit in mora ita legitime præsentandi intra tempus, in quo secundum ius, aut secundum specialem institutionem tenetur, tunc posse Episcopum libere providere beneficium nulla ratione habita præsentationis sibi factæ ab excommunicato,

A quandoquidem nec cum illo communicare, nec contractum aliquem cum illo inire tenetur. Vnde tandem concludo, talem præsentationem secundum hanc rationem potius dicendam esse nullam, quam validam: quandoquidem efficaciam non habet, sed reputari potest.

Et ideo inefficax est aliorum argumentum scilicet, quod præsentatio tantum est expressio voluntatis, aut optio quædam, quam potest facere excommunicatus: parum enim refert optare, aut voluntatem explicare, si alter potest illam negligere, & suam exequi suo tempore. Præsentatio ergo valida, est explicatio voluntatis, & optio, quæ efficaciter determinet personam, cui facienda sit institutio, iuxta ca. Decernimus, 16. qu. 7. excommunicatus autem non potest huiusmodi voluntatem, vel optionem in præsentanti materia habere. Quare etiam non satis est dicere, præsentationem istam esse actum pertinentem ad administrationem proprii patrimonij: nam etiam hic actus, si ad suam efficaciam requirit communicationem alterius, potest per excommunicationem impediri. Dices, illa duo videri inter se contraria: quia si præsentatio inualem est, nec sufficiens esse potest. Respondetur, non esse contraria, quia licet illa præsentatio sit inualem quoad efficaciam: si tamen accedat Episcopi consensus, ipse potest, quæ si supplere defectum illum, cum deficiente legitima præsentatione ad eum deuoluatur ius prouidendi: & ita illa institutio potius est tunc valida ex voluntate Episcopi, qui iam habet quasi virtualiter ius præsentandi, seu prouidendi, si voluerit. Solum operari videtur in eo casu explicata voluntas excommunicati, vt non possit postea reclamare contra institutionem factam ab Episcopo, tum quia hoc cederet in fauorem eius, vt in prima opinione argumentabamur; tum etiam quia quoad hoc rectè dicitur illa expressio voluntatis, tantum esse quid facti; & ideo ex parte excommunicati ratam esse, si ab Episcopo acceptetur.

Atque ex hac resolutione facile declarari potest, quo modo hic applicanda sit noua decisio Extrauagantis *Ad euitanda*: Nam ipsi excommunicato nunquam licet hæc præsentatio, siue sit denunciatus, siue non: quia illi non fit vllus fauor, quantum tamen spectat ad validitatem præsentationis, si excommunicatus sit vitandus, clarum est præsentationem esse inualem modo explicato, tum in clerico, tum in laico. Quod si excommunicatus sit ex non vitandis, hoc etiam in vniuersum habet, vt non possit Episcopum obligare ad illam acceptandam: quia, vt sæpe dixi, licet per illam Extrauagantem liceat communicare cum hoc excommunicato, nullus tamen ad hoc obligatur: ergo neque Episcopus ad acceptandam præsentationem ab excommunicato factam: neque enim negari potest, quin hæc sit quædam communicatio cum illo. Atque hinc fit, vt talis præsentatio, si à clerico fiat, non possit dare ius ipsi præsentato: quia si daret ius, obligaret Episcopum ad institutionem faciendam. Et in hoc differt præsentatio à collatione beneficii: quia hic non tantum consideratur commodum eius qui præsentatur, sed etiam ius Episcopi cui præsentatur: quod etiam considerandum est in electione, si ab alio confirmanda sit, vel collatio beneficii facienda: nam respectu illius non poterit dare ius, si ab excommunicato etiam non vitandis facta sit. Nihilominus tamē poterit Episcopus huiusmodi præsentationem ab excommunicato non vitando factam admittere, si velit, idque non solum validè, sed etiam licitè, quia non tenetur vitare huiusmodi excommunicatum propter Extrauagantem *Ad euitanda*, ergo hoc titulo non prohibetur acceptare talem præsentationem: sed ex nullo alio capite id est prohibitum: ergo est licitum, & a fortiori validum. Item quia solum propter, ius seu libertatem ipsius Episcopi talis præsentatio,

ratio, vel non obligat, vel non confert ius alteri: ergo si ipse voluntarie consentiat, nihil est quod effectum possit impedire.

Vnde tandem addo, licet excommunicatus sit vitandus, & male faciat Episcopus acceptando illius presentationem, propter communicationem cum illo, nihilominus validam esse institutionem & collationem. Quod quidem verum precipue est, quando presentatio est laicorum: nam illa sufficiens est ad explicandam patroni voluntatem, quæ nullo iure facta est irrita, ergo, si Episcopus velit illam acceptare, & vti potestate, quam habet ad instituendum, nihil est cur talis actio non habeat effectum: quamquam fortasse Episcopus in debito modo id faciat. In quo etiam non video grauiorem culpam, quam sit in humana communicatione cum excommunicato, quæ in presenti materia non videtur adeo grauis, vt constituat mortale peccatum, secluso scâdalo. Quando vero presentatio est clericorum, magis dubia res esse videtur: quia Canonistæ communiter dicunt institutionem esse nullam, vt Couarruias, & alij referunt. Ego vero nullum ius inuenio in quo hoc sic intellectum fundari possit. Quapropter de ipsa presentatione censeo esse nullam, tum quoad hoc, vt non possit ius conferre presentato, tum etiam quoad hoc, vt non possit obligare Episcopum ad instituendum presentatum. Quare etiâ censeo, si Episcopus ex ignorantia defectus presentationis, & putans illam esse legitimam, instituat, nullam esse institutionem, quia est inuoluntaria, cû sit in ignorâtia fundata. At vero, si Episcopus sciens defectum presentationis illam voluntarie acceptet, & beneficium conferat, opinor collationem esse validam, quia non habet defectum substantialem, quem Episcopus non possit sua voluntate & potestate supplere. Nam quod ad factum pertinet, patronus, qui per se habebat ius presentandi, iam satis explicuit voluntatem suam: quod vero spectat ad ius, quod patronus dare nō potuit, quia suspensam, habebat potestatem, id dare poterit Episcopus simul cum ipso beneficio, cum deficiente patrono totum ius ad ipsum deuoluatur.

Etiâ iuxta hæc quæ diximus de actu eligendi & presentandi iudicandum est de alijs actibus, qui diuersimodis in iure significantur, in se tamen æquiualem habent rationem: huiusmodi est postulatio, vel nominatio, de quibus late Canonistæ in titulo de Postulatione prælatorum. De his ergo eodem modo sentiendum censeo, quo de electione, vel presentatione, nam ad conferendum ius aliquod spirituale, inefficaces sunt, & inuálidæ, etiam si aliqui possent illud conferre quando cum solennitate sunt, vt videtur apud Abbatem cap. i. de Postulatione Prælatorum, num. 34. Quare in simplici nominatione, licet vim non habeant cogendi Episcopum, propter rationem supra datam, tamen si ipse velit acceptare & instituere, factum, vt existimo, tenebit, ob eadem fundamenta. De institutione autem idem iudicium est, quod de collatione beneficij: nā licet hæc à iurisperitis distinguatur ab illa, re tamen vera est collatio quædam, sed accommodata est illa vox ad significandam collationem beneficij pertinentis ad ius patronatus, quæ non est omnino libera collatori, sed facere illam debet in personam nominatam seu presentatam, vt exposuit Abbas in titulo de Institutionibus cap. Ex frequentibus, & alijs. Constat ergo etiam institutionem esse proprium actum potestatis spiritualis, ac proinde factam ab excommunicato nullam esse. Atque eadem ratio est de confirmatione beneficij, quæ etiam est actus iurisdictionis, & de omnibus similibus.

Num actus intromittendi aliquem in possessionem ab excommunicato factus sit validus.

Debitari vero potest de nonnullis, primum de collatione possessionis, seu de actu intromittendi aliquem in possessionem: nam etiam videtur actus iurisdictionis, & ex hac parte nullus. Tamen de hoc actu ab excommunicato facto Canonistæ aiunt validum esse. Ita Abbas in cap. Veritatis, de Dolo, & contum. n. 42. & in cap. Pro illorum, de Præbend. nu. 36. Intelligendum vero est de collatione possessionis, quantum ad merum actum recipiendi, vel constituendi aliquem in possessionem sui officij, aut beneficij, quod per collationem, seu electionem, & confirmationem iam quoad totum ius, & dominium obtinuerat. Et ratio est, quia per talem possessionem non datur aliquod ius, sed solum datur alicui, quod suum est. Quapropter talis actus non solum validus est, sed etiam licitus, si alioqui necessarius sit, quia excommunicatus non prohibetur soluere debitum, nec dare alicui, quod suum est. Neque alter prohibetur rem suam ab excommunicato exigere. At vero in illo actu possessionis petenda vel acceptanda nihil aliud fit, quantum ad illud factum spectat. Secus verò erit, si in illo negotio actum aliquem iurisdictionis exerceat, necesse sit, vt cum iudex Ecclesiasticus potestate sua vtitur ad mittendum aliquem in possessionem: nam si excommunicatus sit, id facere non potest, neque actus ille ex ea parte robur aliquod, vel valorem accipiet. Quod verum est, etiam si talis iudex solum sit executor, iurisdictionis vsu habens: nam omnis vsus iurisdictionis per excommunicationem suspensus est. Atque ita sentit Abbas in c. Fraternalitatis, de testib. n. 9. licet contrarium teneat Additio ad illum in c. Pro illorum, de Præbend. n. vlt. lit. B. Solum ergo receptio, vel collatio possessionis, prout à priuatis personis fieri potest absque iurisdictione, valida dicitur, etiam si talis persona excommunicata sit.

Dices: Ergo eadem ratione poterit excommunicatus beneficij possessionem postulare, & illi data valebit, si antea plenum, & confirmatum ius beneficij obtinuit, quia quod reliquum est, ad factum tantum pertinet, quod excommunicato licet, vt recuperare rem suam, vel possessionem hereditatis adire. Respondeo esse disparem rationem propter quam probabilius censeo oppositum in excommunicato ipso, tum quia quod excommunicatus possit accipere possessionem beneficij, est magnus fauor eius: non vero quod possit alteri dare: tum etiam, quia excommunicatus est suspensus ab omni vsu sui beneficij, & priuatus omnibus fructibus, & commodis eius: ergo est etiam priuatus à possessione capiendi, si illam non habet: quia non est dubium, quin ille sit vsus valde vtilis, & commodus beneficij, nam, licet possessio non conferat nouum ius, multum tamen illud firmat, & securius reddit. Denique actus ille ex parte eius, qui possessionem accipit, iuris spiritualis existit, & ideo si ipse excommunicatus sit, illi prohibitus est & inuálidum esse censeo.

An resignatio beneficii ab excommunicato in fauorem tertij facta sit valida.

ET simili modo expediendum videtur aliud dubium, de renunciatione beneficij ab excommunicato facta in fauorem tertij. Videri enim potest illa resignatio valida: quia non est actus iurisdictionis, sed actio omnino priuata, & ex proprio ac personali dominio. Oppositum tamen videtur supponere Couarruias dicto cap. Alma, p. 1. §. 7. num. 9. versic. Quid autem respondendum sit &c. dum ait collationem beneficij, quæ fit ab aliquo vt priuato, &

Decisio Abbatis.

Obiectio.

Solutio.

Excom. non potest accipere possessionem sui beneficij.

Decisio Couar.

Obiectio.

Solutio.

non ratione publici muneris, esse nullam, si ille sit excommunicatus, etiam occultus. Nō apparet autem qua ratione possit melius collatio beneficii tribui priuatae personae, quam propter renunciationem proprii beneficii: est ergo haec renunctio inualida. Et in eam sententiam refert ibi alios auctores. Ratio vero est, quia excommunicatus priuatus est omni vsu sui beneficii: item priuatus est omnibus fructibus eius: ergo multo magis est priuatus potestate donandi illud alteri. Dices, Non ipse donat, sed praelatus Ecclesiae, in cuius manibus resignat. Respondetur, si simpliciter resignaret, & praelatus libere conferret cui vellent, valida quidem esset actio, quia excommunicatus tunc nullo modo concurrat positue (vt sic dicam) ad collationem beneficii, sed solum ad spoliandum se: quod facere potest: quia illud proprie ad merum factum pertinet: & non est vsus alicuius spiritualis potestatis, vel iuris, sed propriae voluntatis: & ideo diximus supra excommunicatum non posse beneficium acquirere, posse tamen illud amittere. At vero quando renunctio sit determinate in fauorem tertiae personae, ille qui renunciat, aliquo modo concurrat ad collationem beneficii, saltem designando personam, ita vt alteri dari non valeat. Vnde quodammodo participat rationem praesentationis: quare sicut illa inualida est ab excommunicato facta, ita & haec: & eadem proportionem de vtraque iudicandum censeo. Nec disputo modo, an talis renunctio in fauorem tertij licite, & absque simonia fieri possit eoram Episcopo, vel Pontifice, aut de licentia illius, vel sine pacto, &c. nam haec non spectant ad hunc locum: aliquo enim modo licite fieri potest, & de illo loquimur: cetera alibi explicanda sunt.

36
De quo ex-
com. proce-
dat resolu-
tio data in
Extrauag.
Ad euitan-
da.

Hic vero specialem dubitationem habet an procedat hoc non solum in publico excommunicato, sed etiam in occulto. Couarruias supra sentit in vtroque procedere. Et ratio, quae ex illo sumitur, est, quia resignare proprium beneficium non est opus officij publici, sed priuatae personae: quamuis autem in his, quae sunt publici muneris, res publica, seu Ecclesia provideat, vt acta à persona inhabili valeant, si impedimentum sit occultum, tamen in actionibus priuatis non ita prouidet, quia hoc non spectat ad commune bonum, neque iura de priuatis actionibus loquuntur. Quae doctrina sumpta est ex Innocentio in cap. Cum dilectus, de Consuetud. num. 5. & communiter recepta est. Additque Couarruias, per Extrauagantem Ad euitanda, nihil in hoc immutatum aut innouatum esse. Veruntamen, licet illa communis doctrina in iure antiquo vera sit: & optima ratione fundata, ex vi tamen Extrauagantis, Ad euitanda, dicendum censeo, praedictam actionem esse inualidam factam ab excommunicato vitando, de non vitando autem, aut licet publicus ille sit, idem iudicium est quod supra de praesentante excommunicato tulimus: quia, vt dixi, eadem est de vtroque ratio quoad cetera, ergo & quoad hoc. Item quia ille excommunicatus non est vitandus in ceteris actibus, vel negotiis, ergo neque in hoc: potest ergo eius resignatio acceptari in fauorem eius cui resignatio fit: & ita etiam seruatur intentio Extrauag. Ad euitanda, quia non fit fauor excommunicato, sed alteri, quem non esse excommunicatum supponimus.

DISPUTATIO XV.

De Septimo effectu excommunicationis, qui est priuatio civilis, seu politicae communicationis, in quo plures includuntur.



ACTENVS dictum est de spiritualibus incommodis, quibus excommunicatus afficitur, & bonis, quibus priuatur: de qui-

bus, quia praecipuum locum in hac materia tenent, sigillatim, & copiose diximus. Nunc dicendum est de temporalibus incommodis; & priuatione externae communicationis in iis, quae ad civilem & humanam vitam spectant. Quae in duo capita distingui possunt: vnum (quod generatim dici potest humana, seu civilis conuersatio) comprehendit omnes actiones pertinentes ad communicationem mere priuatam, quae sub illo versiculo continentur, *Os, orare, vale, communicatio, mensa negetur*, de cuius intelligentia postea dicam. Aliud vero caput comprehendit actiones aliquo modo publicas, vt sunt iudicium ferre, Rempubliam temporaliter gubernare, & aliae, quae his respondent, vel cum eis coniunctae sunt. Possumusque totam hanc vocare forentem communicationem. Sub hoc ergo duplici capite plures alios effectus excommunicationis comprehendemus: de quibus Summistae, alique Doctores praesertim Canonistae, & sigillatim & copiose disputant.

SECTIO I.

Virum Excommunicatus priuatus sit omni civilis communicatione.



Regula generalis est, excommunicatū priuatum esse omni civilis communicatione aliorum fidelium per se loquendo, exceptis tantum casibus in iure expressis. Est communis Theologorum in 4. d. 18. vbi D. Thom. q. 4. art. 1. Richar. & D. Thom. Paludan. Argent. d. 19. Soto d. 22. Adrian. q. 3. Ric. Claui. Summistae verb. Excommunicatio. Nauarr. c. 27. à num. 17. Couarruias cap. Alma, p. 1. §. 1. quia hos refert. Et fundatur in definitione excommunicationis supra tradita, & iuribus ex quibus illam deduximus; & in particulari sumitur ex cap. Nuper, ibi, vel osculo, aut etiam comedendo, & in cap. penult. ibi, Quae à communicatione fidelium separat, de Sēt. excom. & ex cap. Si aliquando, eodem titulo, quatenus Pontifex ibi declarat per suas litteras, quae cum salutationis alloquio ad excommunicatum destinatur, illud non absolui, quando per ignorantiam, aut inconsiderationem ita expediuntur: supponit ergo etiam salutationem huiusmodi excommunicato denegandam esse. Idem probatur ex cap. secund. de Exceptionibus ibi, In locutione, vel oratione. & infra, Exceptio, Cum à communicatione fidelium sit remotus. De eadem re sunt multa iura 11. quae 3. & specialiter in cap. Siue ut Apostoli: notanda sunt illa verba: Si quis cum excommunicatis aduersando regulas scienter saltem in domo simul locus fuerit, ille communione priuetur. & in cap. Excommunicatus. Aut cibo aut potu, aut osculo, nec aue eis dicat: & capite sequenti; Ne palam, nec absconse dicatur loquendum esse cum illo. Idem sumitur ex cap. q. 24. q. 4. Ad mensam, cap. Si quis laicus, & aliis multis tum ibi, tum 24. q. 1. & saepe alibi. Ratio vero non est alia, nisi prohibitio Ecclesiae, & institutio huius censuræ cum ratione eius supra suo loco tradita.

Ex his ergo iuribus sumptae sunt illae voces, ad quas Doctores reduxerunt actiones omnes ad hanc communicationem spectantes, scilicet, *Os, orare, vale, communicatio, mensa negetur*. Ose enim proprie significare videtur osculum pacis: de quo in particulari fit sermo in dictis iuribus, & sub illo comprehendit-